

## **Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob, Liber Trigesimvs  
Qvartvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

SANCTI GREGORII  
MORALIS EXPOSITIONIS  
IN BEATVM IOB,  
LIBER TRIGESIMVS QVARTVS.

## CAPUT PRIMUM.

**Q**VIA ex hoc mundo corpus gerimus, A univeritatis terminum ex ea qua nos sumus parte perfemus. Citius quippe quasi in mundi finis agnoscamus, si sollicitè aſpicimās hoc, quod de mundo gestamus. Aetas etenim nostra per juveniles annos robustius vigeat, in senili autem tempore crebrefcentibus morbis excoquitor; & dum diutius diffunditur ut ſubſtitat, morienti vice quotidie deficit per momenta vivendi. Ita etiam mundi tempus dum venientibus annis augetur, crebrefcentibus malis afficitur: & unde ætatis augmentum perceptipit, inde ſalutis diſpendium ſentit. Tribulationes namque illi cum temporibus crescunt, & eò derimenti vita debilior tolerat, quòd quas ad vitam proœctior durat. Totis enim contra illum hostis antiquis viribus ſolvitur, qui quāvis jam nunc interiū pro eo quòd ſuperne conditionis beatitudinem amuit, tunc tamen pleniū extinguitur, quando & à tentandi licentia abſtractus, æternis incendijs reſigiat. Unde & extrema mundi atrocis tentacoriis aggreditur; quia tantò fit ferventior ad levitatem, quantò ſe vicinorem ſentit ad pœnam. Considerat quippe quid juxta ſit ut licentiam nequissimæ libertatis amittat: & quantum brevitate temporis angustatur, tantum multiplicitate crudelitatis expanditur, ſicut de illo voce angelica ad Joannem dicitur: *Vt terra & mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, ſicen quid modicum tempus habet.* Tunc ergo in magna ira fervorem ſe dilatar, ne qui in beatitudine ſtarre non potuit, in damnationis ſtre foveam cum paucis ruat. Tunc quidquid nequiter aluerit, callidiū exequitur: tunc cervicem ſuperbiā altius erigit, & per dannatum illum quem gelat hominem, omne quod temporaliter prevalet, nequiter ostendit. Unde & divina voce recte nunc dicitur.

*Quid in fine mundi ſuperbia antichristi potentia ſuffragetur.*

## CAPUT II.

**I**N collo ejus morabitur fortitudo.] Quid enim collo Leviathan iſtus, niſi elationis oſtentio designatur? quia contra Deum ſe erigens, cum ſimulatione fanfritatis etiam tumore poreſt exollit. Quia enim per collum ſuperbia exprimitur, Iſaias D propheta teſtatur, qui Hieruſalem filias redarguit, dicens: *Ambulaverunt extento collo. In collo ergo Leviathan iſtus fortitudo demorari dicitur; quia elationi illius etiam ſubjuncta potentia ſuffragatur.* Nam quidquid tunc ſuperbe exollit, quidquid callide machinatur, etiam cum virru potentiæ ſæcularis exequitur. Quod Daniel propheta intuens, dicens: *Dolus in manu ejus dirigitur.* Dolus quippe in manu ejus, eſt fraud in virtute: quia omne quod

nequiter voluit, hoc ad tempus exequi etiam fortiter potest. Dolus verò ejus dirigi dicitur; quia fraudis ejus malitia nulla difficultate præpeditur. Hoc enim Leviathan iſte vel vafa ejus habere cerebro proprium ſolent, quid ad iniquitatē ſue culmulum ea quæ nequiter appetunt, explore nequius poſſunt. Nam cùm fortaſſe infirmantur electi, atque in desiderijs illicitis ruunt, in hoc plerumque divini munera manu retinentur, quid voluntatis miserae nullos effectus inveniunt. Cumq[ue] corum votis valida contrarietas naſcitur, plerumque ex ipſa impoffibilitate corrigitur, & miro internæ diſpoſitionis ordine, per conveſionem mutatio malæ voluntatis ſequitur, dum per infirmitatem perfectio denegatur. Hinc eſt enim quid ſub ſpecie uniuersiſque animæ, de infirmante *Judea*, atque in praefatis itineribus gradiente, per Prophetam Dominus dicit: *Ecco ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inveniet, & ſequentur amatores ſuos, & non apprehendat eos, & queat eos, & non inveniens dicet: Vadam & revertar ad virum meum priorem; quia mihi bene erat tunc magis quam nunc. Spinis enim electorum viæ ſequuntur, dum dolorem punctionis inveniunt in hoc quod temporaliter concepuerunt. Quia interpoſita maceria viſ eorum obviat, quorum nimirum defideria, perfectionis difficultas impugnat. Horum profecto animæ amatores ſuos quætant, & nō inveniunt, dum ſequenda malignos ſpiritus, nequaquam eas quas appetunt hujus ſæculi voluptates apprehendunt. Bene autem ſubditur, quid ex ipſa difficultate mox dicat: *Vadam & revertar ad virum meum priorem; quia melius mihi erat tunc magis quam nunc.* Pior quippe vir Dominus eſt, qui caſtam ſibi animam laudi Spiritus interpoſito amore conjuxit. Quem tunc mena uniuersiſque defiderat, cùm multiplices amaritudines velut quasdam spinas inveni in ijs delectationibus, quas temporaliter concupiſcit. Nam dum adverſitatis mundi quem diligat, morderi anima coſperit, tunc pleniū intelligit, quād illi cum priore viro melius ſuit. Eos ergo quos voluntas prava pervertit, plerumque adverſitas corrigit. Unde & nimis timendum eſt, ne ſequantur prospira, cùm defiderantur in iuſta: quia difficultus malum corrigitur, quid perfectionis etiam proſperitate fulcitur. Leviathan itaque iſte qui cum membris ſuis, æternis eſt craciabilis deputatus, & dolus in manu ejus dirigitur, & in collo ejus fortitudo demoratur: quia hoc quod temporaliter perverſa contra bonos voluntates defiderat, perverſiore facultate consummat; ut tantò ei de adverſitate in praefenti nil obſtet, quād ei in posterum de proſperitate nihil remanet. Et quia omnis qui per veris moribus amicitij ejus innotescit, prius veras dicitur.*

*Quod subtilissima fraude diabolus consentientium sibi  
mentes propriis virtutibus spoliat prius, quam qui  
tentatur, agnoscat: & quod antichristo veniente,  
prophetia & miracula cessabunt.*

## CAPUT III.

**E**T faciem ejus præcedet egestas.] Per faciem quippe solet notitia designari. Unde scriptum est: *Et facies mea præcedet te, id est, notitia du-*catum præbebit. Sciendum verò est quod egestas in sacro eloquio alter electorum ponitur, atque aliter reproborum. Egestas namque electorum est, cùm veræ divitiae electi patriæ ad eorum animum redeunt, & in hoc ærumno præsentis vitæ exilio positi, pauperes se esse meminerunt. Illas quippe divitiae sine cessatione suspirant, de quibus Paulus dicit: *Vt sciat quis sit spes vocacionis ejus, & que divitiae gloria hereditatis ejus in sanctis.* Et quia adhuc eas nequaquam conspicunt, studiosè integrum in ærumnâ istius paupertatis gemunt. Hanc proculdubio paupertatem Hieremias insperaverat, cùm dicebat: *Ego vir videns pauperiem meam in virga indignationis ejus.* Virga enim indignationis Dei, est percussio distictionis. Quan- dū tunc homo pertulit, cùm ex paradiſo pulsus, veras interni gaudij divitias amisi. Sed quia electi quicunque incessanter conspicunt quod in præsentis vita pentur ab illa pœnitentia ingenita facultate ceciderunt, bene dicitur: *Ego vir videns pauperiem meam.* Quisquis enim hæc adhuc visibilia appetit, peregrinationis suæ malum non intelligit: & hoc ipsum quod patitur, vide necrit. Hanc paupertatem David propheta intuens, ait: *Infirmata est in paupertate virtus mea.* In paupertate etenim virtus infirmari dicitur; quia lapsus in hac peregrinatione animus, & corruptionis suæ molestiæ reverberatus, hoc quod perdidit, contemplari præpeditur. Sed hanc paupertatem reprobi considerare nesciunt; quia dum sequuntur ea quæ conspicunt, cogitare invisibiliæ negligunt quæ perdidunt. Unde & egestas eorum propriè dicitur: quia dum replentur vitii, virtutum divitiae vacuantur. Quibus sepe evenit ut per elationis dementiam sublevati, dum nequaquam ruinæ suæ damna considerant, esse se etiam à bonis actionibus inopes non cognoscant. Unde voce angelica prædicatori Laodicea dicitur: *Dicis quid dives sum, & locupletatus, & nullius ego; & nescis quia tu es miser, & misérabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Quasi divitem se affert, qui per arrogantiæ sanctitatis exaltiatur, sed pauper, cæcus & nudus aruitur. Pauper utique, quia virtutum divitias non habet: cæcus, quia nec paupertatem quam patitur, videt: nudus, quia primam stolam perdidit: sed pejus, quia nec perdidisse cognoscit. Quia ergo, ut diximus, egestas reproborum, est defraudatio meritorum, rectè de Leviathan dicitur: [ *Faciem ejus præcedet egestas.*] Nemo quippe cognitioni ejus jungitur, nisi prius virtutum divitiae denudetur. Prius enim bona cogitationis subtrahit, & tunc eis apertio- rem notitiam sua iniquitatibus infundit. Egestas ergo faciem illius præcedere dicitur; quia prius facultas virium perditur, ut quasi per familiaritatem postmodum ejus notitia cognoscatur. Vel certè quia multis ita fraudulenter subrepit, ut ab eis deprehendi nequaquam possit, & sic eorum virtutes eva- cuat, quatenus astutæ suæ malitiam non ostendat, faciem ejus egestas praetere prohibetur, ac si aperte diceretur: *Quia cum insidians tentat, priusquam videatur expoliari.* Hinc est enim quod de Ephraim per Prophetam dicitur: *Comederunt alieni robur ejus, & ipse ignoravit.* Alieni quippe intelligi apostatae angeli solent; qui robur comedunt, dum virtutem mentis pervertendo consumunt. Quod Ephraim &

A pertulit, & nescivit: quia in tentatione malignorum spirituum & robur animæ perdidit, & hoc ipsum quia perdidit, non intellexit. Leviathan ergo fa- ciem egestas antecedit; quia negligentium mentes antè tentando spoliat, quam eis infidias is qui ren- tatur, agnoscat. Per hoc ergo quod dictum est: [ *In collo ejus morabitur fortitudo*] virtus violentia ostenditur. Per hoc verò quod subditur: [ *Et faciem ejus præcedet egestas,*] fraudis subtilitas designatur. Quamvis de eo quod ejus faciem egestatem præire cognoscimus, suppetit aliud quod tamen tristius exponamus. Terribili quippe ordine dispositionis occultæ, priusquam Leviathan iste in illo damnato homine quem assumit, appareat, à sancta Ecclesia virtutum signa subtrahuntur. Nam prophetia absconditur, curationum gratia auferitur, prolixioris abstinentia virtus immunitur, doctrinæ verba con- ticescunt, miraculorum prodigia tolluntur. Que quidem nequaquam superna dispensatio funditus subtrahit, sed non hæc sicut prioribus temporibus aperi- ac multipliciter ostendit. Quod tamen mira dispensatione agitur, ut una ex re divina simili pietas, & justitia compleatur. Dum enim subtrahit signorum virtutibus sancta Ecclesia velut abjectior appetit, & bonorum præmium crescit, qui illam pro spe cœlestium, & non propter præsentia signa venerantur, & malorum mens contra illam citius offendit, qui sequi quæ promittit invisibilia negligunt, dum signis visibilibus non tenentur. Dum igitur humili- tas fidelium, multitudine & manifestatione signorum quasi desituitur, terribili occultæ dispositionis examine inde bonis misericordia largitur, unde ma- lis justa ira cumulatur. Quia ergo Leviathan iste priusquam manifestus & conspicuus veniat, ex magna parte in sancta Ecclesia signa virtutum cessant, rectè nunc dicitur: [ *Faciem ejus præcedet egestas.*] Antè enim à fidelibus miraculorum divitiae subtra- huntur, & tunc contra eos antiquus ille hostis per aperta prodigia ostenditur: ut quod ipse per signa ex- tollitur, eò à fidelibus sine signis robustius lauda- biliusque vincatur. Quamvis etiam fidelibus in ejus certamine signa non deerunt, sed tanta erunt illius, ut nostrorum aut pauca, aut nulla videantur. Quo- rum nimis virtus omnibus signis fit potior, cum omne quod ab illo terribiliter fieri conspicitur, per interna constantia calcem premunt. Sed malignus hostis tantò contra eos acriori immanitatem se exhibet, quantò se despici etiam clarescentibus miracu- lis dolet. Totum ergo se in eorum interitum collig- git, cunctosque reprobos in necem fidelium unani- mi crudelitate conjungit, ut saevitiam suam tantò robustius \* exerceat, quantò & in eis quæ perverse agere appetit, nulla sibi sui corporis membra dis- cordant. Unde & rectè dicitur.

*Quanta virtus in fine futura sis feritas  
reproborum.*

## CAPUT IV.

**M**EMBRA carnium ejus coherentia sibi.] Carnes verò Leviathan istius, sunt omnes reprobi, qui ad intellectum spiritalis patriæ per desiderium non assurgunt. Membra verò sunt carnium hi, qui eidem perverse agentibus, & se se ad iniquitatem precedentibus junguntur, sicut econtra per Paulum de Dominico corpore dicitur: *Vos estis corpus Christi, & membra de membro.* Aliud quippe est mem- brum corporis, aliud membrum membra. Mem- brum quippe corporis, pars ad totum: membrum verò membra est particula ad partem. Membrum namque membra est digitus ad manum, manus ad brachium: membrum verò est corporis, totum hoc simile ad corpus universum. Sicut ergo in spirituali Dominico corpore membra de membro dicimus eos, qui in ejus Ecclesia ab aliis reguntur: ita in illa Le-

1. Cor.

12. d.

**A. 23. b** viathan istius reprobatione congregatio membra sunt A carnium, qui iniquo opere quibus se nequioribus junguntur. Sed quia hostis malignus sibi in peccato opere à primis usque ad extrema concordat, divinus fermo in eo membra carnium sibimet coherentia memorat. Sic namque perverba unanimiter sentiunt, ut nulla contra se vicissim disputatione dividantur. Nulla eos diversitatis altercatio tunc scindit, & idcirco contra bonos vehementer prevalent, quia in malo se concorditer tenent. Sicut enim iam superius diximus, ut perniciose est si unitas de bonis, ita perniciose est si non desit malis. Reproborum quippe unitas, bonorum vitam tantò durus præpedit, quanto ei se per collectionem durior opponit. Hanc unitatem reproborum perniciem sibi Paulus conspicerat, cum in medio Sadduceorum Phariseorumque deprehensus dicebat: *De spe & resurrectione mortuorum ego judicor.* Quia nimurum voce percussa, protinus contra se vicissim audiendum turba dissipatur. Cumque in duas partes tumultuantum multitudine dividitur, Paulo via erexitur: quia quem turba persequentium unita constringerat, divisa laxabat. Eripuntur ergo justi, dum dividuntur injusti; & electorum vota ad perditionem pervenient, dum reproborum agmina per discordiam confunduntur. Quod bene etiam maris Rubri scissione designatur. Dum enim in duas partes unda dividitur, ab electo populo ad terram re-promissionis tenditur: quia dum malorum unitas scinditur, bona mentes ad hoc quod appetunt, perducuntur. Si malorum unitas noxia non fuisset, nequam divina providentia superbientium linguas Gen. 11. b in tanta diversitate dissipasset. Si malorum unitas noxia non fuisset, de sancte Ecclesie hostibus Propheta non diceret: *Principia Domine, & divide linguas eorum.* Quia ergo Leviathan iste tunc contra electos Dei in suis viribus effrenatur; ad augmentum sue malitia, unitatem quoque in reprobis habere permittitur, ut tanto contra nos robustius vires suas exerat, quanto non solum nos ictu fortitudinis, sed etiam mole adulacionis impugnat. Sed quis contra illa sufficiat? Quia mens ad tanta elationis & compagis pondera, non ab ipsa cogitationum radice coartemificat? Unde quia trepidare nos per infirmitatem conspicit, protinus divina clementia quid per semetipsam faciat, adjungit. Nam sequitur.

*Quod in die iudicii justis gaudientibus impia maledictionis fulmine ferentur.*

#### CAPUT V.

**M**ittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.] Quid appellatione fulminum, nisi tremenda illæ extremi iudicij sententia defiguntur? Quæ idcirco fulmina vocantur; quia nimurum eos quos ferunt, in perpetuum incendunt. Fulmina namque super eum Paulus venire conspicerat: cum dicebat: *Quom Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & deseruet illustratione adventus sui.* Hæc autem quæ in eum mittuntur fulmina, ad locum alium non feruntur: quia iustis gaudientibus, solos tunc reprobos feruntur. Nam post tritiram vix praesentis, in qua nunc triticum sub paleis gemit, ita illo extremi iudicij ventilabro inter triticum paleisque discernitur, ut nec in tritici horreum palea transcant, nec in palearum ignem horrei grana delabuntur. Illa ergo fulmina locum alium nequam tangunt; quia videlicet igne suo non grana, sed paleas incendunt. Sed quia Leviathan istum penam non corrigit, insinuat dum subjungit.

*Quod diabolus sit impunitus, & nos illo persequente modo proficimus, ipse vero sicut incus semper percutitur, nec tamen mutatur.*

#### CAPUT VI.

**C**or ejus indurabitur quasi lapis.] Cor enim antiqui hostis ut lapis indurabitur, quia nullum unquam conversionis penitentia mollietur. Qui quia solis ictibus æternæ ultionis aptabitur, recte protinus subinfertur: [ *Et stringetur quasi malleu-nis incus.*] Incudem quippe malleator foliis aptam percussionibus figit. Ad hoc namque incus statuitur, ut crebris ictibus feriatur. Leviathan ergo ut malleatoris incus stringitur; quia inferni vinculis coactabitur, ut æterni supplicij continua percus-sione tundatur. Qui modo quoque percutitur, dum justi quique illo in infideli vigilante, sed doloribus tabescere salvantur. Ininde autem alia vas formantur, ipse vero tot percussionibus in vas aliud non transfertur. Recte ergo Leviathan iste incedi comparatus est: quia nos illo persequente componimur, ipse autem & semper percutitur, & in vas utile numquam mutatur. Æterna illum percussione relinquimus, & nos superni artificis manu in ejus tentatione perculsi, per illum quasi vascula formata transimus. In ipso enim tundimur, sed ut ad usum domus supernæ veniamus. Ipse vero quasi incus stringitur: quia etsi nunquam tentando mundum circuit, in inferno tamen positus, jam sub ictu sententiae non vagatur. Sequitur.

**C** *Quod in ruina diaboli sancti Angeli territi sunt ne peccarent, & purgati, ut in mundilia stabiles permanenter.*

#### CAPUT VII.

**C**um sublatu fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur.] Scriptura sacra ita nonnumquam tempus præteritum futurumque permisit, ut aliquando futuro pro præterito, aliquando vero utatur præterito pro futuro. Futuro namque pro præterito utitur, cum Joanni mulier paritura masculum, qui regat gentes in virga ferrea, demonstratur. Quod quia incarnato Domino veniente jam tunc factum fuerat, res gesta nunciabantur. Rursum præterito utitur pro futuro, sicut per Psalmistam Apoc. 11. 1

**D** Dominus loquitur, dicens: *Foderunt manus meas & pedes meos, dñumeraverunt omnia ossa mea.* Quibus videlicet verbis species Dominicæ passionis quasi jam translaeta describitur, sed tamen adhuc longè post futura nunciatur. Hoc ergo loco quo dicitur: [ *Cum sublatu fuerit, timebunt angelii;*] nil obstat intelligi quia sub futuri temporis modo præterita describuntur. Nec recte intelligentie sensum relinquimus, si credamus Leviathan isto ab arce beatitudinis cadente, in ruina ejus etiam electos Angelos expavisse, ut cum iustum ex illorum numero superbia lapsus ejiceret, illos ad robustius standum timor ipse solidaret. Unde & sequitur: [ *Et territi purgabuntur. Purgati vero sunt; quia nimurum isto cum reprobis legionibus exente, soli in cælestibus sedibus qui beate in æternum vivent, remanerunt.* ] Hujus iraque lapsus eos terruit & purgavit: terruit, ne conditorem suum superbe despicerent; purgavit vero, quia exentibus reprobis, actum est ut electi soli remanerent. Et quia cunctorum opifex Deus scit ad honorum custodiā etiam bene uti in mala actione reproborum, lapsum cadentium veritatem in profectum manentium; & unde punta est culpa superbientium, inde humilibus Angelis & inventa & solidata sunt augmenta meritorum. Iste namque cadentibus, illis in munere datum est, ut cedere omnino non possent. Sancti enim Angeli

dum in istis naturæ sue damna conspiciunt, in seipsis  
jam cautiū robustusque consistunt. Unde sit, au-  
tore omnium rerum Domino cuncta mirabiliter  
ordinante, ut illi electorum spirituum patriæ etiam  
ruina sue damna proficiant, dum inde firmis  
constrcta sit, unde fuerat ex parte destructa. Sed  
quia sepe Scriptura sacra prædicatores Ecclesie pro  
eo quod gloriam patriæ caelestis annunciant, Ange-  
lorum solet nomine designare, postquam hoc loco  
Angelos, sanctos predicatores accipere. Hinc est  
enim quod Joannes in Apocalypsi septem Ecclesie  
scribens, Angelis Ecclesiarum loquitur, id est,  
prædicatoribus populorum. Hinc Propheta ait:  
*Apc. 1. a Esa. 35. Malac. 2. 6 1. Tim. 3. d*  
*Et angeli pacis amari sibi sunt. Hinc rursus Mala-  
chias propheta ait: Labia sacerdotis confidunt scien-  
tiā, & legem inquirunt ex ore ejus: quia angelus  
Domini exercitum est. Hinc Paulus ait: Magnum  
est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in  
carne, iustificatum in spiritu, apparet Angelis,  
predicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo,  
assumptum est in gloria. Qui igitur dispensationis  
mysterium postquam apparuit Angelis dixit, præ-  
dicatum est gentibus subdidit, profecto Angelorum  
nomine prædicatores sanctos, id est, verita-  
tis nuncios designavit. Si ergo hoc quod dicitur:  
[ *Cum sublatus fuerit, timebunt angelii, & territi  
purgabuntur;* ] ad futurum tempus referunt, adven-  
iente districto judice, extrema hic istius Leviathan  
damnatio designatur; quia de hoc mundo per iram  
judicij tollitur, qui nunc mira mansuetudinis longanimitate toleratur. Tanto autem hinc pondere  
terroris excutitur, ut sanctorum etiam prædicato-  
rum fortitudo turbetur. [ *Cum enim sublatus fuerit,  
timebunt angelii:* ] qui cum judicij turbine rapitur,  
hi qui in corporibus reperiuntur potuerint, immenso  
terrore concussi, etiam superne patriæ nuncij con-  
tremiscunt. Quamvis enim fortes jam atque perfe-  
cti sunt, adhuc tamen, quia in carne sunt positivi  
non possunt in tanti terroris turbine nulla formidine  
concuti. Sed cum Leviathan iste rapitur, cumque  
omnia in ejus interitus elementa quaeruntur; prædi-  
catores sanctos, quos, ut dixi, adhuc in suis cor-  
poribus illud tempus judicij invenerint, spes de re-  
gni propinquitate lætitiat, & carnis infirmitas de  
iram ostensione perturbat. Erit ergo in eis aliquo mo-  
do tremor latet, & timor securus: quia & caelesti  
regno se remunerari certi sunt, & per tanti turbinis  
metum, pro carnis infirmitate contremiscunt. Con-  
sideremus ergo quo modo tunc iniquorum con-  
scientia concutitur, quando etiam justorum vita  
turbatur. Hi qui oderunt adventum judicis, quid  
facient, si terrorem tanti judicij etiam qui diligunt,  
expavescunt? Et quia insanctis prædicatoribus hoc  
pavore excoquuntur, si qua eis inesse potuit levium  
rubigo vitiorum, postquam dixit: [ *Cum sublatus  
fuerit, timebunt angelii,* ] aperte mox subdidit:  
[ *Et territi purgabuntur.* ] Sed quia hæc de Levi-  
athan istius fine cognovimus, interim priusquam pe-  
reant, quid agat audiamus. Sequitur.*

*Quod in persecutione antichristi, prædicatione &  
patientia sanctorum periclitetur.*

#### C A P U T VIII.

*C*um appreenderit eum gladius, subsistere non  
poterit neque hasta, neque thorax.] In Scriptura  
sacra aliquando per gladium sancta prædicatio, ali-  
quando æterna damnatio, aliquando tribulatio tem-  
poralis, aliquando antiqui hostis ira vel persuasio  
designatur. Gladius enim sancta prædicatio pon-  
itur, sicut Paulus ait: *Et gladium spiritus, quod est  
verbum Dei.* Gladij nomine æterna damnatio defi-  
gnatur, sicut de prædicante heretico scriptum est:  
*Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio erunt: quia  
quantalibet hic numerositate germinent, æterna*

A damnatione consumuntur. Gladius tribulatio tem-  
poralis accipitur, sicut Maria de fecuturis tribula-  
tionibus dicitur: *Et tuam ipsius animam pertransibit  
gladius.* Rursum per gladium, ira vel persuasio  
maligri hostis exprimitur, sicut Psalmista ait: *Qui  
liberasti David seruum tuum de gladio maligno.* Be-  
nignus quippe sanctæ prædicationis est gladius quo  
percutitur, ut à culpa moriamur. Malignus vero  
est diabolicae persuasione gladius, quo male quis-  
que percutitur, ut à via rectitudinis extinguiatur.  
Antiqui ergo hostis est gladius ille tunc damnatus  
homo, in usum ministerij ejus assumptus. Ipsum  
quippe per malitiam fraudis exauit, & infirmorum  
corda transfigit. Hunc ergo Leviathan gladium ap-  
prehendit, cum cum suus damnatus homo suscep-  
rit. Si autem gladii nomine ejus ira signatur, recte  
non apprehendere gladium, sed à gladio appre-  
hendi describitur. In tantam quippe tunc insaniam  
vertitur, ut dominari omnibus appetens, nequa-  
quam sine ira dominetur. Nos namque cum iram  
in usu iustitiae assumimus, gladium tenemus; quia  
cum sub æquitate judicii possidendo moderamur.  
Ille autem quia per abrupta furoris rapitur, non ap-  
prehendere gladium, sed à gladio apprehendi per-  
hibetur. Non enim iram possidens tenet, sed ab  
ira fævini tenetur. Cunctis autem liquet quod  
haec adversarium percutimus, thorace vero ab ad-  
versario munimur. Per haec vulnera inferimus,  
per thoracem tegimur ne vulneremur. Quid igitur  
per hastam, nisi prædicationis jaculum; quid per  
thoracem, nisi fortitudo patientiae designatur? Le-  
viathan ergo iste, quia per assumptionem reprobum  
hominem in ira omnimodo crudelitatis effrenatur,  
apprehendit à gladio dicitur. Nam per ostensionem  
immense tunc fortitudinis exhibet, quidquid ne-  
quiter potest. Et neque hasta neque thorax sublites-  
re poterit: quia in antichristum veniens, tanta vir-  
tus apparebit, ut si supernum adjutorium desit, &  
prædicantium acumen obtundat, & longanimita-  
tem patientium destruat. Nisi enim justorum vitam  
superna gratia solider, non subsistit hasta, quia  
prædicatorum virtus frangitur: non subsistit thorax,  
quia constanter patientia dirupta penetratur. Un-  
de & subdit: [ *Reputabit enim ut paleas ferrum,  
& quasi lignum purirdum es.* ] Quod superius ha-  
stam dixit, hoc inferius ferri appellatio replicavit;  
& quod thoracem protulit, hoc rursus axis  
commemoratione signavit. Ferrum namque acutum,  
ut adversarius vulneretur: as autem rubigine  
pæne nulla consumitur. Ferro ergo prædicationis  
jacula, as autem longanimitatis constantia defi-  
gnatur. Unde & sub Afer specie de sancta Ecclesia  
per Moyser dicitur: *Ferrum as calcementum ejus.* <sup>Deut. 33. 4</sup>  
Calceamentum quippe in Scriptura sacra muni-  
men prædicationis accipitur, sicut scriptum est:  
*Calceati pedes in preparatione Evangelii pacis.* Quia Ephe-  
s ergo per ferrum virtus, per as autem perseveran-  
cia exprimitur; & as calceamentum ejus dicitur,  
cum prædicatio ejus acumine simul & constantia  
munitur. Per ferrum enim mala adversaria pene-  
trat, per as autem bona quæ proposuit, longani-  
mitem servat. Cujus profecto perseverantiam illuc  
apertius insinuat, dicens:

*Quod ab initio mundi usque ad finem, persecutio dia-  
boli non quietoscit; & quod multi qui se ferrum,  
vel as astimant, id est fortes, vel longanimes, in-  
firmos & contemptibiles, ut paleas & purida ligna  
tunc se agnoscunt.*

#### C A P U T IX.

*Sicut dies juventutis ejus, ita erit & senectus il-  
lius.*] Sed Leviathan iste quando illum gladium,  
quem sacra cloquia antichristum vocant, in exer-  
citacionem sue iniquitatibus assumperit, & ferrum  
velut

velut paleas, & as velut lignum putridum reputabit: quia nisi divina gratia protegat, & prædicantium vires velut paleas nequitae sive igne consumet, & patientium constantiam quasi lignum putridum in pulvrem rediger. Et acumen igitur ferri, & aris fortuado deficit, dum per violentiam virtutis illius & prædicationis sensus obtunditur, & patientie longanimitas dissipatur. Nisi ergo electos suos opitulatio divina roboet, ubi tunc infirmi erunt, si fortes sicut paleas reputantur? Quid tunc Leviathan iste de paleis faciet, si ferrum quasi paleas astimabit? Quid de putridis lignis aëturus est, si quaflignum putridum, aëris fortitudinem solvet? Sed o quām multi qui suis viribus ferrum se vel as astimant, in illo tunc tribulationis igne se paleas esse reprehendunt: & quām multi qui per infirmitatem propriam se esse paleas metuunt, per divinum adjutorium fulti, in ferri atque aëris soliditate roborantur, ut contra adversarium suum tantò magis in Deo fortes sint, quantò de se amplius infirmos se esse meminerint. Sed quantò altius Behemoth iste contra electos Dei per miracula erigitur, tanto contra eum sancti quique vehementius ad prædicationis se verba confringunt. Qui tamen ita reproborum mentes posidet, ut eas nulla confossum veritatis jaculatione relinquat. Unde & subditur.

*Quod Leviathan à cordibus reproborum, nullis prædicatorum sagittis tunc repellatur, & totum robur Ecclesia, ipsumque divini judicij malleum in illo damnato homine absque timore contemnat.*

## C A P U T X.

**N**on fugabit eum vir sagittarius.] Quid enim per sagittas, nisi verba prædicitorum accipimus? Quæ dum vocem viventium distinguuntur, audiendum corda transfigunt. His sagittis sancta Ecclesia percussa fuerat, quæ dicebat: *Vulnerata charitate ego sum. De his sagittis Psalmista voce narratur: Sagitta parvolorum facta sunt plaga eorum: qui scilicet verba humilium penetraverunt animos superborum.* De his sagittis venienti pro pugnatori dicitur: *Sagitta tua acuta potenterissime, D*populi sub te cedent in corde. Vir itaque est sagittarius, qui per sanctæ intentionis arcum, audiendum cordibus verba recte exhortationis indigit. Quia ergo Leviathan iste verba prædicantium despiciat, & cum reproborum mentes male suadendo momorderit, durus inter jacula omnimodo eas non relinquit, rectè dicitur: [Non fugabit eum vir sagittarius.] Ac si aperte dicatur: A reproborum cordibus eum sancti prædicitoris sagita non excutit: quia quisquis ab illo apprehenditur, verba jam prædicantium audire contemnit. Unde bene peccatis præcedentibus irascens, de his quos in manu antiqui hostis deferit, Dominus per Prophetam dicit: *Immittam vobis serpentes regulos, quibus non es incantatio.* Ac si diceret: Justo iudicio talibus vos immundis spiritibus tradam, qui à vobis excuti exhortatione prædicantium, quasi incantantium sermonem non valeant. Quia vero Leviathan iste à cordibus reproborum sancta prædicationis spiculis non moveretur, ipse etiam sanctorum virorum con tempus\* adducitur, cum illico subinfertur: [In stipulam versi sunt ei lapides fundæ] Quid per fundam, nisi sancta Ecclesia figuratur? Funda namque dum in gyrum mititur, sic ut de illa lapides excent, quibus adversariorum peccora feriantur: ita sancta Ecclesia dum volubilitate temporum per tribulationum circuitum ducitur, fortes ex illa viri producent, quibus quasi lapideis iætibus iniquorum cor da tundantur. Unde & ad Prophetam de bonis do-

*Cantic. 2 Ps. 63. b Ps. 44. b Hier. 8. f.*

\* al. ad. jicitur. 6.

S. Greg. Tom. I.

A eterioris Dominus dicit: *Devorabunt, & subjicient 2 ach. 9. lapidibus fundæ.* Sancti quippe doctores, qui ad d' virtutem & alios instruunt, hostes devorant, dum eos intra corpus suum per vim conversionis immutant. Quos lapidibus fundæ subjiciunt; quia dum fortes quosque in sancta Ecclesia viros instituunt, per eos adversariorum superbientium peccora dura confringunt. Unde & Goliath immanissimus faxo 1. Reg. funda moritur; quia singulari sanctæ Ecclesiæ 1a-17. 8 pide diabolica celiſtū superatur. Leviathan itaque iste, qui damnato illo homine assumptio, quilibet fortis Ecclesiæ velut infirmos despicit, eorumque vires temporaliter premit, recte nunc dicitur: [In stipulam versi sunt ei lapides fundæ.] Ac si aperte dicatur: Sanctorum robur quasi in stipula molitum redigit, quorum lingua prius peccatus illius duris iætibus tutudit. Omne quippe tunc fortitudinem suæ iniuritatis exercens, quantò se ab eis vinci spiritualiter dolet, tanto atrocius contra eos corporaliter prævalet. Et quia nil se contra eorum spiritum prævalere considerat, in eorum carne crudelitatis suæ omnia argumenta consummat. Sed quid mirum si humanas vires despicit, qui ipsa etiam superni in se iudicij eterna tormenta contemnit? Unde & subditur: [Quasi stipulam astimabit malleum.] Ac si dicere: Etiam pondus ejus animadversionis despicit, quæ se per supplicium desuper veniens ferit. In Scriptura enim sacra mallei nomine aliquando diabolus designatur, per quem nunc delinquentium culpæ feruntur: aliquando vero percusso caelestis accipitur, qua vel electi supernos iætus sentiunt, ut à pravis itineribus corriganter; vel iusta ira reprobos percudit, ut jam supplicia æterna preveniens, quid etiam in postrum mereantur, ostendat. Nam quia appellatione mallei antiquus hostis exprimitur, Propheta testatur, cum super eum vim extremi iudicij contemplatur, dicens: *Quomodo confractus es & contritus Hier. malleus universæ terre?* ac si dicere: Eum per quem 50. vascula sua Dominus in ministerij usum formanda percudit, quis perpendat quo turbine, veniente extremo iudicio, in æterna damnatione confringit? Rursum per malleum percusso caelestis exprimitur, quod Salomon templum ædificante signatur, cum dicitur: *Domus asen cum edificaretur, de lapidi 3. Reg. bus dolatis arque perfectis edificata est, & malleus 6. a. & securis, & omne ferramentum non sunt auditæ in domo, cum edificaretur.* Quid enim dominus illa, nisi sanctam Ecclesiam, quam in caelestibus Dominus inhabitat, figurabat? Ad cuius ædificationem electorum animæ, quasi quidam expoliti lapides, deseruntur. Quæ cum edificatur in celis, nullus illuc jam disciplinæ malleus resonat, quia dolati atque perfecti illuc lapides ducimur, ut locis juxta meritum congruis disponamur. Hic enim foris tundimur, ut illuc sine reprehensione veniamus. Hic malleus, hic securis, hic omnia tunsonum resonant ferramenta. In domo autem Dei nulli iætus audiuntur, quia in æterna patria omnes jam percusionum strigos conticebunt. Nequaquam ibi malleus percudit; quia nulla animadversio affligit. Nequaquam securis incidit; quia receptos interius nulla foras severitas sententia projicit. Nequaquam ferramenta perfringunt; quia nec qualibet minima ultra jam flagella sentiuntur. Quia ergo per malleum desuper venientem caelestis pondus percussionis exprimitur, quid est quod Leviathan iste malleum despicit, nisi quod supernæ animadversio nis iætus formidare contemnit? Et quasi stipulam malleum deputat; quia ad iusta ira se pondera velut contra terrores levissimos parat. Unde & adhuc expressius subditur.

Sff

*Quod imminentibus tormentis excrucatus malitia,  
ad exercenda mala diabolus acris infurgit.*

## CAPUT XI.

**E**T deridebit vibrantem hastam.] Contra Leviathan enim Dominus hastam vibrat, quia in ejus interitu distractam minatur sententiam. Hastam quippe vibrare est, aeternam ei mortem ex distracta animadversione preparare. Sed apostata spiritus auctorem vita, etiam cum sua morte despiciens, hastam vibrantem deridet: quia ex distracto iudicio quidquid grave, quidquid horribile esse praevidet, pati non metuit: sed quod se aeterna tormenta non posse evadere conspicit, eò in exercenda nequitia durior assurgit. Quem cum plerique hujus mundi sapientes in cunctis que appetit, tanta pertinacia, tanta formidine stringi considerant, corda sua ad famulatum ejus tyrannidis inclinant: & omne quod Deo largiente sapiunt, hoc contra eum ad servitium hostis illius inflectunt. Unde & recte subditur.

*Quod hi qui videbantur radis viriutum splendere,  
vel minus territi, vel cruciatibus victi,  
Leviathan seditionem subinrent.*

## CAPUT XII.

**S**Vb ipso erunt radis solis.] In Scriptura enim sacram figurat sol ponitur, aliquando Dominus, aliquando persecutio, aliquando de re qualibet manifeste visionis ostensio, aliquando autem intelligentia sapientum designatur. Per solem quippe Dominus figuratur, sicut Sapientiae libro perlibetur, quod omnes impii in extremi die iudicij cognita sua damnatione dicuntur sunt: *Erravimus a via veritatis, & lumen iustitiae non luxit nobis, & sol non est ortus nobis.* Ac si aperte dicant: Interni nobis luminis radius non resulst. Unde & Joannes ait: *Mulier amict a sole, & luna sub pedibus ejus.* In sole enim illustratio veritatis, in luna autem, quae menstruis supplicationibus deficit, mutabilitas temporalitatis accipitur. Sancta autem Ecclesia, quia superni lumini splendore protegitur, quasi sole vestitur: quia vero cuncta temporalia despicit, lunam sub pedibus premut. Rursum sole persecutio designatur, sicut in Evangelio Veritas dicit, quod nata sine radibus semina orto sole aruerunt: quia videlicet verba vitae in corde terrenorum hominum temporali momento videntia, superveniente persecutio ardore siccantur. Rursum sole manifesta visionis ostensio designatur, sicut Propheta Dominum cunctorum oculis apparentem denunciat, dicens: *In sole posuit tabernaculum suum.* Ac si diceret: Humanitas assumpta sacramentum in lumine manifesta visionis ostendit. Et sicut eidem Propheta divina voce per Nathan dicitur: *Tu fecisti in abscondito, ego vero faciam verbum tuum in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis.* Quid enim per conspectum solis, nisi cognitionem insinuat manifesta visionis? Rursum solis nomine, sapientium intellectus exprimitur, sicut in Apocalypsi scriptum est: *Quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi a fu afficer homines & igni.* Phialam videlicet in solem effundere, est persecutio supplicia viris sapientiae splendore fulgentibus irrogare. Et datum est illi ut afficer homines & igni: quia dum sapientes viri cruciatibus victi, male agendi errore tanguntur, illorum exemplo persuasi infirmi quique temporalibus desideriis inardecent. Ruina namque fortium, augmenta praestant perditionibus infirmorum. Quia sole acumen sapientiae designatur, per comparationem quoque à Salomone dicitur: *Sapiens ut sol permanet, stolidus ut luna mutatur.* Hoc ergo loco quid per solis radios, nisi accu-

*Matt.  
13. 4*

*P. 13. 4*

*2. Reg.  
12. 6*

*Apoc. 16.*

*Ecli.  
27. 6*

A mina sapientum demonstrantur? Quia enim muliti, qui in sancta Ecclesia luce sapientiae resplendere videbantur, tunc vel per confusionibus capti, vel minis territi, vel cruciatibus fracti, Leviathan ictius seditioni subiciuntur, recte dicitur: [Sub ipsis erunt radix soli.] Ac si aperte diceretur: Hi qui intra sanctam Ecclesiam per acumina sapientiae quasi radios videbantur lucis alpergere, & per autoritatem rectitudinis desuper resplendere, potestati Leviathan istius iniquae se operatione subternunt: ut non jam recte prædicando desuper luceant, sed ei perverso obsequendo famulentur. Solis ergo radij sub ipso sunt, cum nonnulli etiam docti viri sapientiae sua acumina non liberè agendo sublevant, sed ad vestigia Leviathan istius & perversitate operis, & blandimento adulatiois inclinant: ut intelligentia, que illis sicut sol desuper fuit ex cœlesti munere, antiqui hostis pedibus subternatur ex terrena cupiditate. Unde & nunc cum quisque sapientum atque doctorum pro commodo vel gloria vita temporalis per adulatiois lapsum terrenis se potestatis bus præve agentibus subiicit, quasi sub vestigiis venientis Antichristi Solis seradius sternit. Et velut cali lucem sibi Behemoth humiliat, dum per pestiferum assensum sapientum mentes calcat. Toties vero Leviathan istius pedibus se radij Solis subdunt, quoties hi qui doctrinae videntur lumine resplendere, immoderate acumine prava in facio eloquio sentiunt, perversisque sensibus ejus se erroribus subterrunt: quia dum contra fidelia veritatis prædicationem se erigunt, Leviathan istius vestigiis falsa scatendo famulantur. Toties radij Solis sub ipso sunt, quoties docti quique, & intelligentia luce pollentes, vel despectis ceteris in elatione se erigunt; vel summa qua sapientia postponentes, sordidis earnis desideriis inquinantur; vel oblieti cœlestium, terrena ambient; vel non reminiscentes quia terra sunt, de cognitione celestium inaniter gloriantur. Unde & recte ibi subjungitur.

*Quod hi, qui ante humanos oculos quasi aurum singularitate splendore iustitia videntur, sed sic cadunt, ut non paeniteant, ante Dei oculos numquam aurum, sed lutum fuerunt.*

## CAPUT XIII.

**S**ternet sibi aurum quasi lutum.] Appellatione quippe auri, in facto eloquio aliquando divinitatis claritas, aliquando splendor supernæ civitatis, aliquando charitas, aliquando nitor gloriae secularis, aliquando pulchritudo sanctitatis accipitur. Auri enim nomine ipsa intima divinitatis claritas designatur, sicut in Canticorum canticis sponsi species describitur: *Caput ejus aurum optimum.* Quia enim caput Christi Deus, nil vero est in metallis auro fulgentis, sponsi caput aurum dicitur; quia ejus humanitas ex divinitatis sua nobis claritate principatur. Rursum auri nomine splendor supernæ civitatis accipitur; sicut hanc Joannes se vidisse testatur, dicens: *Ipsa civitas aurum mundum simile vitro mundo.* Aurum namque ex quo illa civitas constat, simile vitro dicitur; ut & per aurum clara, & per vitrum perspicua designetur. Rursum auri nomine charitas intimatur, sicut Angelum quem sibi loqui idem Joannes apexit, ad inamillas zonā aureā cinctum vidit: quia nimis supernorum civium pectora dum pœnali jam nequaquam timori subiecta sunt, atque à se vicissim nulla scissione solvuntur, ex sola se charitate confringunt. Zonam vero auream circa inamillas habere, est cunctos mutabilium cogitationum morus per solius jam amoris vincula restringere. Rursum auri nomine, nitor gloriae temporalis

*Cant. e  
Apoc. 21.*

*Apoc. 1. 2*

Hier. 51. exprimitur, sicut per Prophetam dicitur: *Calix an-*  
*reus Babylon.* Quid enim Babylonis nomine, nisi hu-  
*jus mundi gloria designatur? Quæ calix aureus di-*  
*citur; quia dum pulchra esse temporalia ostentat,*  
*stultas mentes in sua concupiscentia decebat, ut*  
*speciosa temporalia apperant, & invisibilis pulchra*  
*contemnunt. Hoc aureo calice prima sponte sua*  
*Eva decebriata est, de qua historia veritatis dicit,*  
*quia cum veritum lignum concupisceret, vidit quod*  
*esset pulchrum visu, aspectuque delectabile & co-*  
*medit. Aureus ergo Babylon calix est; quia dum*  
*vulum exterioris pulchritudinis ostendit, sensum in-*  
*teriorne rectitudinis subtrahit. Rursum auri nomine,*  
*splendor sanctitatis accipitur, sicut Judæum popu-*  
*lum à splendore justitiae ad nequitias tenebras*  
*commutatum Hieremias deplorat dicens: *Quomodo**

B

*obscuratum est aurum, murinus est color optimus?*

Sicut enim superius diximus, aurum obscuratur, quum subsequentibus iniquitatibus tenebris, justitia pulchritudo deseritur. Color optimus mutatur, quum splendor innocentiae in fidelitatem vertitur culpa. Luti quoque nomine, in sacro elo-  
 quio aliquando terrenatum rerum multiplicitas, aliquando sordidum sapiens iniqua doctrina, aliquando desiderij carnalis illecebra designatur. Per lutum quippe, terrenarum rerum multiplicitas figuratur, sicut per Habacuc prophetam dicitur: *Vt ei qui mul-*  
*tiplicat non sua: nisque quo aggravat contra se den-*  
*sum lutum?* Denso enim se luto aggravat, qui per  
 avaritiam terrena multiplicans, peccati sui se op-  
 pressione coangustat. Rursum luti nomine, doctri-  
 na sordidum sapiens designatur, sicut per eundem  
 Prophetam Domino dicitur: *Viam fecisti in mari*  
*equis tuis in luto aquarum multarum.* Ac si dicere: Aperuit iter prædicatoribus tuis inter doctrinas huius facili sordida & terrena sapientes. Per lutum quoque, desiderium sordide voluptatis exprimitur,  
 sicut Psalista deprecans ait: *Eripe me de luto, ut*  
*non inhaream.* Luto quippe inharetur, est sordidis  
 desideriis concupiscentia carnalis inquinari. Hoc ergo loco aurum, claritas sanctitatis accipitur: lutum vero, vel terrenarum rerum avaritiam, vel  
 pravarum contagia doctrinarum, vel sordes carnali-  
 um voluptatum nil obstat intelligi. Quia enim  
 multos Leviathan iste, qui intra sanctam Ecclesiam  
 fulgore justitiae resplendere videbantur, tunc vel  
 terrenarum rerum concupiscentia, vel errantia do-  
 ctrina contagio, vel carnalibus sibi voluptatibus  
 subiecti, aurum sibi proculdubio quasi lutum sternit. Aurum enim quasi lutum sternere, est in quibusdam vice mundiorum per illicita desideria con-  
 culeare; ut hi etiam sordidis ejus vestigiis serviant,  
 qui contra illum prius virtutum splendore rutilant. Antiquus itaque hostis alii tunc sub specie  
 sanctitatis illudit, alios autem per sedea vita vita  
 carnalis interceptit. Sed tunc per hac aperte grasa-  
 bitur, nunc autem multorum cordibus occulè do-  
 minatur, sicut Paulus Apostolus dicit: *Vt reueletur*  
*in suo tempore: nam mysterium jam operatur iniqui-*  
*tatis.* Toties igitur etiam nunc aurum sibi quasi lu-  
 tum subiecti, quoties castitatem fidelium per carnis  
 vitia sternit. Toties aurum velut lutum calcat, quo-  
 ties sensum continentium per immunda desideria  
 dissipat. Quod tunc tanto vehementius peragit,  
 quanto sua perdita libertati commissus, hoc quod  
 appetit, effrancus perpetrat. Et fortasse quempiam  
 moveat, cur misericors Deus fieri ista permittat;  
 ut Leviathan iste seu nunc per suggestiones callidas,  
 sive tunc per damnatum illum quem replet hominem,  
 vel Solis sibi radios, id est, doctos quoque  
 sapientesque subiecti; vel aurum, hoc est, viros  
 sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi vitia  
 coquinando subternat. Sed citius respondemus,  
 quia aurum quod pravis ejus persuasionibus quasi

10.

D

De pen.  
 disf. 2. c. c. 2. S. Greg. Tom. I.

lutum sterni potuerit, aurum ante Dei oculos num-  
 quam fuit. Qui enim seduci quandoque non rever-  
 suri possunt, quasi habitam sanctitatem ante oculos  
 hominum videntur amittere; sed eam ante oculos  
 Dei numquam habuerunt. Sæpe namque homo  
 multis occulte peccatis involvitur, & in una aliqua  
 virtute magnus videatur. Quæ ipsa quoque virtus  
 inanebris deficit; quia dum innotescit hominibus,  
 proculdubio laudatur, ejusque laus inhianter ap-  
 petitur. Unde fit, ut & ipsa virtus ante Dei oculos  
 virtus non sit, dum abscondit quod displiceret, pro-  
 dit quod placet. Quæ itaque esse merita apud Deum  
 possunt, quando & mala occulta sunt, & bona pu-  
 blica. Plerumque enim, sicut diximus, later su-  
 perbia, & castitas innotescit: atque ideo ostensa  
 diu castitas circa vita finem perditur, quia cooperata  
 superbia usque ad finem incorrecta retinetur. Alius  
 eleemosynis vacat, propria diffribuit: sed tamen  
 multis iniquitiis servit, vel fortasse linguam in de- \* al.  
 traditionibus \* exerceat. Et fit plerumque, ut is qui exerit  
 misericors fuerat, juxta vite suæ terminum, rapa-  
 citatis & crudelitatis stimulis inardecat. Quod val-  
 de justo judicio agitur, ut & perdat ante homines,  
 unde hominibus placuit, qui hoc unde Deo discipli-  
 cuit, corrigerem nūquā curavit. Alius patientia  
 studet; sed dum invidere aliis, & servare in corde  
 malitiam non cavit, fit quandoque impatiens, qui  
 diu latuit dolēs. Hi itaque & per aliquid aurum sunt,  
 & per aliquid lutum sunt. Atque hoc aurum quasi  
 lutum sternit, quando occulti peccatis exigentibus,  
 etiam virtus quæ publicè claruerat, dissipatur. Sed  
 opera pretium credimus, si in his virtutem superni  
 ordinis subtilius perpendamus. Sæpe enim omnipotens  
 Deus occulta quorundam mala tolerat, ut aper-  
 ta eorum bona electorum suorum usibus profutura  
 dispenset. Nam nonnulli mundum nequaquam fundi-  
 tis deserentes, non perseveraturi angustum iter  
 arripunt, sed ad querendam angustum viam exem-  
 ple suo eos qui perseveraturi sunt, accidunt. Un-  
 de plerumque contingit, ut ipsum hoc quod bene  
 videntur vivere, non sibi, sed solis potius electis  
 vivant, dum exemplis suis ad bene vivendi studia  
 perseveraturos alios non perseveraturi provocant.  
 Sæpe enim quosdam videmus viam ingredi, ad locum  
 propositum festinare, quos alij quia euntis con-  
 spiciunt, sequuntur; cumdemque locum pariter  
 perunt. Sed fit plerumque, ut irruente aliquo im-  
 plicationis articulo, post se redeant, qui praebant;  
 & hi ad locum perveniant, qui sequebantur. Ita  
 nimis sunt qui non perseveraturi viam sanctitatis  
 arripunt. Idcirco enim virtutis iter non per venturi  
 inchoant, ut eis qui per venturi sunt, qua gradian-  
 tur, ostendant. Quorum etiam casus utilitate non  
 modica electorum profectibus servit; quia illorum  
 lapsus dum conspicunt, de suo statu contremi-  
 cunt; & ruina qua illos damnat, illos humiliat.  
 Discutent enim in superni adjutarij protectione confi-  
 dere, dum plerosque conspicunt de suis viribus ce-  
 cidiisse. Quando ergo bene agere videntur reprobi,  
 quasi planum iter electis sequentibus montrant:  
 quando vero in lapsus solitum nequitia corrunt, electis  
 post se pergentibus quasi cavendam superbia fo-  
 veam ostendunt. Eat ergo Leviathan iste, & Solis  
 sibi radios subdat, atque aurum lutum more subiectiat.  
 Sei omnipotens Deus ad electorum suorum solita-  
 tum bene uti malo reproborum, quando hi qui ad  
 illum per venturi sunt, & suis ad eum meritis profi-  
 ciunt, & saep in eo quod superbe sapiunt, alienis  
 lapsibus corrigitur. Sed si hac Leviathan iste agit  
 in eis etiam quos claros aliqua virtus ostendit: quid  
 de illis facturus est, quorum mens vel ex parte ali-  
 qua sublevata à terrenis concupiscentiis non est?  
 Quos tamen divinus sermo aperte exprimit, dum  
 subjungit.

*Quod in tantum caci erunt qui adhærebunt antichristo,  
ut ferentes in contumelias & morte Sanctorum,  
arbitrentur obsequium se praestare Deo.*

## CAPUT XIV.

**F**ervescere faciet quasi ollam profundum mare. Quid permare, nisi vita secularium: quid per profundum, nisi altae & abditæ corum cogitationes exprimuntur? Quod profundum mare Leviathan iste quasi ollam facit fervescere; quia nimis constat, quod persecutionis extrema tempore contra electorum vitam studeat animos reproborum per flamman crudelitatis excitare. Tunc profundum mare quasi olla fervescit, cum corda reproborum valido ardore succedit: & quæ hoc pacis tempore intra suam malitiam clausa latuerunt, tunc in astum immanissimæ persecutionis ebullient; ac per abruptam crudelitatis aperta licentiam, ea quæ diu presserant, odio antiqui livoris exhalant. Quia autem pestifero errore persuasi, sic in ipsis famulantur antichristo, ut tunc verius præbere se astimant obsequium Christo: postquam dixit, [Fervescere faciet quasi ollam profundum mare;] aptè subjunxit: [Ponet quasi cum unguenta bulliant.] Unguentum quippe cum bullient, fragrantiam suavitatis reddunt. Quia ergo Leviathan iste ita seducere corda reproborum, ut quidquid agunt ex iniquitate perfidiæ, pro veritate rectæ fidei se agere suspicuntur, quasi bene eis olet id quod zelo religionis exercent. Unde in Evangelio discipulis Veritas dicit: *Vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo.* Igitur sicut olla fervent, dum crudeliter persequuntur: sed apud eos ipsa persecutio, unguentorum fragrantiæ redolent, dum mens eorum vanis suspicionibus decepta, astimant quia Deo obsequium persolvat. In Scriptura enim sacra unguentorum odoribus opinio solet signari virtutum. Unde sponsa in Canticis cantorum sponsum desiderans dicit: *In odore unguentorum tuorum currimus.* Et unde Paulus Apostolus virtutum laude fragrare se sciens, ait: *Christi bonis odor simus Deo.* Itaque quia Leviathan iste ministros illius perdiit valet in crudelitatis opera sub opinione laudis & pretextu virtutis intercipit, postquam dixit: [Fervescere facies quasi ollam profundum mare;] rectè mox subdidit: [Ponet quasi cum unguenta bulliant.] Quod enim per crudelitatis incendium mare fert, hoc in corundem judicio, qui excancantur fallo nomine virtutis, ac si unguenta bulliant, ostendit: ut tanto atrociores ad crudelitatem fiant, quando se etiam merere præmia quasi pro zelo religionis existimant. Justumque hoc est divino iudicio, ut qui pietatis vim perpendere & custodiire negligunt, suspicionis sua odore fallantur. Unde & ad illusionis augmentum, eos crudeliter perpetrantes, signa quoque ac prodigia subsequuntur, sicut & rectè subjungitur.

*Quod antichristi semita multis miraculis fulgeat.*

## CAPUT XV.

**P**ost eum lucebit semita.] Post Leviathan quippe semita lucere perhibetur, quia quaqua transit, admirationem nimiam ex miraculorum suorum claritate derelinquit; & sive per se, seu per ministros suos quolibet prodeat, mendacibus signis coruscat. Unde & hoc quod jam sèpe protulimus, in Evangelio Veritas dicit: *Surgent pseudochristi & pseudo propheta, & dabunt signa & prodigia, ita ut in errorum inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Semita igitur post Leviathan luceat; quia quorum corda penetrat, eorum opera prodigiis illustrat; ut nimis tantò altius eorum mentes in erroris tenebris teneat,

A quanto per eos foris quasi potentius lucem de miraculis ostentat. Sed sunt nonnulli, qui in memoria & verba prophetica, & Evangelica præcepta retinentes, sciani & falsa esse signa quæ exhibet, & vera supplicia, ad quæ decipiens trahit. Horum corda Leviathan iste, quia sanctitatis ostentatione non intercypit, in alia se eis illusione componit. Quosdam namque hæc scientes, sed tamen præsentem vitam diligentes conspicit, quorum protinus mentibus ventura supplicia levigat, finienda quandoque distinctionis iudicia afflirit, & deceptos callide ad præsentes voluptates rapit. Unde & aptè mox subditur.

B *Quod ita infatuati sunt quidam heretici, quod iudicium Dei finem habere existiment, & minas tormentorum ad terrorem tantum intentatas à Deo, ut à peccatorum perpetratione genus humanum compesceret.*

## CAPUT XVI.

**A**stimabit abyssum quasi senescem. ] Quod s. Aug. exterina incomprehensibiliaque iudicia, abyssi in psal. soleant nomine designari, Psalmista testatur dicens: 12. 35. *Iudicia tua abyssus multa.* Senectus vero aliquando pro finis propinquitate ponitur. Unde' Apostolus psal. 31. ait: *Quod antiquatur & senescit, prope interitum* 4 est. Leviathan itaque iste astimabit abyssum quasi senescem; quia reproborum corda sic infatuat, ut suspicuntur eis de venturo iudicio quod quasi finiatur, infundat. Abyssum namque senescere astimat, qui terminari quandoque in suppliciis supernam animadversionem putat. Igitur antiquus iste persuasor in membris suis, id est, in mentibus iniquorum, futuras penas levigat, quas quasi certo fine determinat, ut eorum culpas sine termino corruptionis extendat; & eò magis hic peccata non finiant, quod istuc astimant peccatorum supplicia finienda. Sunt enim nunc etiam, qui idcirco peccatis suis ponere finem negligunt, quia habere quandoque finem futura super se iudicia suspicuntur. Quibus breviter respondemus: Si quandoque finienda sunt supplicia reproborum, quandoque finienda sunt ergo & gaudia beatorum. Per semetipsam namque Veritas dicit: *Ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam eternam.* Si igitur hoc verum non est quod minatus est, neque illud verum est quod promisit. At inquit: Ideo aeternam peccantibus minatus est, ut eos à peccatorum perpetratione compesceret: quia creaturæ sua aeterna supplicia minari debuit, non inferre. Quibus citius respondemus: Si falsa minatus est ut ab iniustitia corrigeret, etiam falsa pollicitus est ut ad iustitiam provocaret. Et quis hanc eorum vesaniam toleret, qui dum promissionibus suis reproborum supplicia finiri afferunt, assertione sua etiam electorum præmia remunerationsque confundunt? Quis hanc eorum vesaniam toleret, qui conantur adstruere verum non esse, quod Veritas de aeterno igne minata est, & dum satagunt Deum perhibere misericordem, non verentur prædicare fallacem? At inquit: Sine fine puniri non debet culpa cum fine. Justus nimis est omnipotens Deus, & quod non aeterno peccato commissum est, aeterno non debet puniri tormentum. Quibus citius respondemus, quod rectè dicent, si iudex iustus districtusque venientes, non corda hominum, sed facta pensaret. Inquit enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vivunt. Voluiscent quippe sine fine vivere, ut sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt peccare, quam vivere: & ideo hic semper vivere cupiunt, ut numquā desinant peccare, quam vivunt. Ad districti ergo iudicis iustitiam pertinet, ut numquam careant supplicio, quorum mens in hac

vita numquam voluit carere peccato: & nullus de-  
tatur iniquo terminus ultonis, quia quamdiu va-  
luit, habere noluit terminum criminis. At inquietunt:  
Nullus iustus crudelitibus pascitur, & delinquens  
servus justo domino idcirco cadi præcipitur, ut  
à nequitia corrigitur. Ad aliquid ergo cæditur, cum  
non ejus dominus cruciatibus delecatur. Iniqui  
autem gehennæ ignibus traditi, quo sine semper  
ardebunt? Et quia certum est quid pius atque omni-  
potens Deus non pascitur cruciatibus iniquorum,  
cur cruciantur miseri, si non expiantur? Quibus  
citus respondemus, quid omnipotens Deus, quia  
pius est, miserorum cruciatu non pascitur: quia  
autem iustus est, ab iniquorum ultiōne in perpe-  
tuū non sedatur. Sed iniqui omnes æternō sup-  
plicio, & quidem sua iniuriae, puniuntur;<sup>3.</sup> &  
tamen ad aliquid concremantur, scilicet ut iusti om-  
nes & in Deo videant gaudia qua percipiunt, &  
in istis respiciant supplicia qua evaserunt: ut tanque  
in æternū magis divinae gratiæ debitores se esse  
cognoscant, quantu in æternū mala puniri con-  
spiciunt, qua ejus adjutorio vitare potuerunt. At  
inquietunt: Et ubi est quid sancti sunt, si pro inim-  
icis suis, quos tunc ardore viderint, non orabunt?  
<sup>2.</sup> Matt. 5. quibus utique dictum est: Pro inimicis vestris orate?  
Sed cito respondemus: Orante pro inimicis suis  
eo tempore, quo possunt ad fructuofam peniten-  
tiā eorum corda convertere, atque ipsa conver-  
sione salvare. Quid enim aliud pro inimicis oran-  
dum est, nisi hoc quod Apostolus ait: Ut det illis  
<sup>2. Tim. 2. d.</sup> Deus penitentiam, & respiceat à diaboli laqueis,  
à quo capti tenentur, ad ipsius voluntatem? Et quo-  
modo pro illis tunc orabitur, quando jam nullatenus  
possunt ad iustitiae opera ab iniuriate commu-  
nari. Eadem itaque causa est, cur non oretur tunc  
pro hominibus æternō igne damnatis, que nunc  
etiam causa est, ut non oretur pro diabolo ange-  
lique ejus æternō supplicio depuratis. Que nunc  
etiam causa est, ut non orent sancti homines pro  
hominibus infidelibus impiisque defunctis, qui de  
eis utique, quos æternō deputatos supplicio jani-  
noverunt, ante illum judicis justi conspectum orationis  
sua meritum cassari refugunt. Quod si nunc  
quoque viventes iusti mortui & damnatis injustis  
minime compatiuntur, quando adhuc aliquid ju-  
dicabile de sua carne se perpeti etiam ipsi noverunt:  
quanto distictius tunc iniquorum tormenta respi-  
ciunt, quando ab omni vita corruptionis exuti,  
ipsi jam iustitiae vicinius atque arctius inhæbunt?  
Sic quippe eorum mentes per hoc quid iustissimo  
judici inhærent, vis distictionis absorbet; ut omni-  
nino eis non libeat quidquid ab illius interna regula  
subtilitate discordat. Sed quia suborto occa-  
sionis articulo, hæc contra Origenistas breviter di-  
ximus, ad eum quem prætermisimus, expounding  
ordinem recurramus. Postquam misericors Domi-  
nus callida machinamenta Leviathan iustus indi-  
cavit, aperte prædicens omne quod electos extre-  
mū vehemente opprimit, omne quod interius  
suggestione sua reprobis blandienter infundit, mox  
immanitatem virtutis illius breviter insinuans sub-  
dit.

*Quid reprobis angelus antequam peccaret, omnē  
creatura prælaus sic factus est, ut Dom & amans  
timetur, & timens amaret: sed sua perversitate  
sic factus est, ut nullum timeret.*

#### CAPUT XVII.

<sup>14.</sup> **N**on est super terram potestas, qua comparetur  
ei. ] Potestas ejus super terram cunctis eminen-  
tior perhibetur: quia eti actionis sua merito in-  
fra homines cecidit, omne tamen humanum ge-  
nus naturæ angelicæ conditione transcendent. Quam-  
vis enim internæ felicitatis beatitudinem perdidit,

naturæ tamen sua magnitudinem non amisit, cu-  
jus adhuc viribus humana omnia superat, licet  
sanctis hominibus meritorum suorum dejectione  
subjaceat. Unde & eisdem sanctis contra hunc de-  
cabantibus eò retributionis sua meritum crescit,  
quod ille ab eis vincitur, qui per naturæ potentiam  
qua jure se hominibus superesse gloriatur. Se-  
quuntur: [ Qui factus est, ut nullum timeret. ] Sic quidem  
factus est per naturam, ut conditorem suum castè<sup>1. Ioah.</sup>  
timere debuisset, timore videlicet sobrio & leuero;  
non timore quem foras charitas mitit, sed timo-  
re qui in sacerdum saceruli permanet, id est, quem  
charitas gignit. Alter enim timet conjugem uxor  
amans, alter dominum ancilla peccans. Sic ergo  
fuerat iste conditus, quatenus timore latè austorem  
suum & amans metueret, & metuens amaret. Sed  
sua perversitate talis factus est, ut nullum timeret.  
Ei quippe à quo conditus fuerat, subiectus despexit.  
Ita enim Deus super omnia est, ut ipse sub nullo  
sit. Leviathan verò iste ejus celstitudinis culmen al-  
piciens, jus perversæ libertatis appetit, ut & præ-  
eplet ceteris, & nulli subiectus, dicens: Ascendam <sup>Ezai. 14.</sup>  
super altitudinem nubium, & simili ero Altissimo.<sup>4</sup>  
Cujus eo ipso similitudinem perdidit, quod esse ei  
superbè similis in celstitudine concupivit. Qui enim  
charitatem ejus imitari debuit, subditus ambit ejus  
celstitudinem, & hoc quod imitari poterat, amisit  
clarus. Celsus nimis est, si ei qui veraciter cel-  
sus est, inhærente volueret. Celsus est, si partici-  
patione vera celstitudinis contentus fuisset. Sed dum  
privatam celstitudinem superbè appetit, jure perdi-  
dit participationem. Relicto enim eo, cui debuit inhæ-  
rente principio, suum sibi appetit quodammodo es-  
se principium. Relicto eo qui vere illi sufficere po-  
terat, se sibi sufficere posse judicavit: & tanto magis  
infra se cecidit, quanto magis infra se contra  
gloriam sui conditoris erexit. Nam quem exaltabat  
libera servitus, dejectit captiva libertas. Quia liber-  
tate nunc ut nullum timeat, effrænat: sed ipsa  
graviter effrænatione restrigitur. Superno enim  
iudicio cuncta mirabiliter ordinante, vinxit illum  
libertas quam appetit: quia nunc omnimodo non  
timens omnibus suppliciis subiacet, qui clementis  
etiam superesse poterat, si unum quem debuit ti-  
mere volueret. Unum profecto timeret omnia patitur.  
Factus est ergo ut nullum timeret, nullum videlicet,  
quia nec Deum: sed neque hoc quod passurus  
est, metuit. Cui nimis felicis fuerat, timendo  
vitare supplicia, quam non timendo tolerare. Ap-  
petitum itaque celstitudinis vertit in rigorē men-  
tis, ut jam per duritiam se male egiff non sentiat,  
qui præcessit per gloriam quærebat. Nam quia jus  
quesita potestatis non obtinuit, quasi quoddam  
superbia sua remedium insaniam insensibilitatis in-  
venit: & quia proœctu transgredi cuncta non po-  
tuit, despectu se contra cuncta præparavit. Cujus  
adhuc superbia studiosè deferribitur, cùm proximus  
subinfurter: [ Omne sublime videt. ] id est, cunctos  
velut infra se positos quasi dè sublimi respicit: quia  
dum per intentionem contra austorem nititur,  
estimare sibi quemlibet similem designatur. Quod  
aperte etiam ejus membris congruit: quia omnes in-  
qui per tumorem cordis elati, cunctos quos cer-  
nunt, superbia factu despiciunt: & si quando exte-  
rius venerantur, intus tamen in secreto cordis, ubi  
apud se sua estimatione magni sunt, cunctorum  
sibi vitam meritumque postponunt; eosque infra se  
esse respiciunt, quia per elatam cogitationem cor-  
dis in eujudam se altitudinis arce posuerunt. Qui-  
bus bene per Prophetam dicitur: Væ qui sapientes <sup>Ezai. 5. 8.</sup>  
essis in oculis vestris, & coram vobismetipsi prudentes. Hinc etiam Paulus ait: Nolite prudentes esse <sup>Rom. 12.</sup>  
apud vosmetipso. Hinc ad Saül divina increpatione <sup>i. Regi.</sup>  
dicitur: Nonne cum esses parvulus in oculis tuis? <sup>i. d.</sup>

Sff iii

*caput te constitui in tribibus Israe. Parvulus quippe in oculis suis est, qui in eo quod semetipsum considerat, imparem se alienis meritis persat. Nam quasi grandem se aspicit, quisquis se super aliena merita elatione cogitationis extendit. Saul autem reprobus in bono quod ceperat, non permanuit; quia fastu susceptra potestatis intumuit. At contra, David semper de se humilia sentiens, ejusdemque Saul se comparationi postponens, postquam feriendo locum reperit, & pepercit eidem saevienti adversario, humili se professione prostravit, dicens:*

*Quem persequeris, rex Israe? quem persequeris? Canem mortuum, & pulicem unum?*

*Ecce jam unctus in regem fuerat, jam exorante Samuele, & cornu super se oleum fundente didicerat quod cum divina gratia, Saul reprobato, ad regni gubernacula possidenda servabat, & tamen persequenti adversario mente humili se substernebat; cui divino iudicio pralatum se esse noverat. Illi itaque se humiliter postponebat, cui per electionis gratiam incomparabiliter se noverat esse meliorem. Discant ergo quomodo humiliari proximis debeant, qui adhuc quo loco apud Deum habeantur, nesciunt, si sic se electi etiam illius humiliant, quibus jam se per interna iudicia antepositos deprehendunt. Hoc autem proprium esse specimen electorum solet, quod de se semper sentiunt infra quam sunt. Hinc namque ab eodem David dicitur: Si non humiliiter sentiebam, sed exaltavi animam meam. Hinc Salomon ad sapientiam parvulos vocat, dicens, Si quis est parvulus, veniat ad eam. Qui enim necdum semetipsum despici, humilem Dei sapientiam non apprehendit. Hinc in Evangelio Dominus dicit:*

*Confiteor tibi Domine pater cal & terra, quia abscondisti hac a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.*

*Hinc rursus Psalmista ait: Custodiens parvulos Dominus. Hinc magister gentium dicit: Fili sumus parvuli in meo vestri. Hinc discipulos admonens, ait: Superiores sibi in vicem arbitrantur. Nam quia iniquis quisque inferiorem se omnem quem cognovit, putat: è diverso justus studet, ut superiorum quilibet proximum attendat. Ac ne dum se alii alter humiliat, humiliatio iret alteri in elationem, bene utramque partem admixtum, dicens: Superiores sibi in vicem arbitrantur; ut in cogitationibus cordis & ego mihi illum preferam, & vicissim ille me sibi: ut cum ab utraque parte cor inferius premitur, nullus ex impenso honore sublevetur. Sed hanc humiliatis formant reprobi, quia Leviathan hujus membra sunt; vel cognoscere, vel tenere contemnunt, quia & si quando se humiles speciem tenent, humiliatis vim servare intrinsecus negligunt. Quibus se accedit, ut si quando unum quolibet bonum vel minimum faciant, à malis suis omnibus respectum mentis protinus avertant, atque hoc quod vel extremum bonum fecerint, tota intentione semper inspiciant, & ex eo se le jam quasi sanctos aspiciant, oblitii malorum omnium que commiserunt, unius sui tantummodo boni memoris, quod fortassis facere nec perfectè potuerunt: sicut evenire contra electis solet, ut cum multarum virtutum gratia pollent, unum eos vel tenuissimum vitium valde defatigans pulsat: quatenus dum ex quadam parte se le infirmari considerant, de his virtutibus in quibus prevalent, se minimè extollant: dumque de infirmitate trepidant, hoc quoque ubi fortis sunt, humiliatis servant. Sepe ergo reprobi per hoc quod unum vel minimum bonum suum incaute conspicunt, mala multa & gravia in quibus demersi sunt, non cognoscunt. Et se le electi per hoc quod ad tenuissimum malum suum infirmari trepidant, mira dispensatione agitur ut magna bona ad qua proiecti sunt, non amittant. Iusti itaque & occulti examinis mensura disponuntur, ut & illos mala adjuvent, & illos*

A bona gravent, dum & isti ad proiectum boni utuntur levibus malis, & illi ad augmentum mali utuntur minimis bonis. Iti quippe inde perfectius in bono proficiunt, unde de malo tentantur: illi autem inde ad majus malum deficiunt, unde de bono gloriantur. Sic itaque male bono utitur reprobus, & bene malo utitur probus: sicut sepe contingit, ut aliis ex cibo salutifero inordinatè sumpto, pestem languoris incurrat; aliis veneno serpentis in medicamine ordinatae confectionis adhibito, languoris molestiam vincat. Ille ergo qui cibis salutifero uti rectè noluit, inde perniciose moritur, unde ali salubriter vivunt: iste autem qui veneno serpentis cautè uti studuit, inde salubriter vivit, unde ali perniciose moriuntur. Venenum ergo serpentis non ipsam nequitiam, sed suggestio nem nequitiae dicimus, qua nolentes sepe remittentesque tentamus. Quod tunc in medicamenta vertitur, cùm mens virtutibus erecta, conspectis contra se tentationibus humiliatur. Inqui igitur aque ab approbatione interni examinis reprobi, qualibet opera faciant, in quibus liber virtutibus enierant, humiliatis sensum penitus ignorant: quia nimis Levianus hujus membrorum sunt, de quo superna voce dicitur.

*De regula humilitatis, & de superbia disputatione.*

### CAPUT. XVIII.

**O** Mne sublime vider: ] quia non solum per semetipsum, sed per eorum quoque corda quos ceperit, quasi de sublimi cunctos inferius despicit. Notandum verò quod Leviathan iste, qui per corpoream bestiam designatur, sublime videtur describitur; quia videlicet cordis superbìa cùm exteriori usque ad corpus extenditur, prius per oculos judicatur. Ipsi quippe per fastum tumoris inflati, quasi ex sublimi recipiunt, & quod se deprimit, altius extollunt. Nisi enim superbìa per oculos quasi per quasdam se fenestræ ostenderet, nequaquam Deo Psalmista dixisset: Populum humilem salvum facies, psal. 17. & oculos superbiorum humiliabis. Nisi se superbìa per oculos funderet, Salomon quoque de Judæa clatione non diceret: Generatio cuius exaltati sunt oculi, & palpebre ejus in altum subrecta. Quia ergo per corporeum animal Leviathan iste signatur, & superbìa usque ad corpus prodiens, apertius oculis principatur, antiquus hostis quasi de sublimi omnes videre describitur. Sed quia multa ad ostendendum humani generis inimicum prolatæ sunt, valde mens appetit, ut in fine locutionis Dominicae, unus aliquid manifestius exprimatur, unde membrum illius brevi nobis designatione monstratur. Sequitur: [ Ipse est rex super universos filios superbìa. ] Ut Leviathan iste in cunctis quae superioris dicta sunt, caderet, sola se superbìa perculit. Neque enim per tot illos viatorum ramos aresceret, nisi per hanc prius in radice putruisset. Scriptum est namque: Omnis peccati initium superbìa. Per hanc eccl. enim ipse succubuit, per hanc se sequentem hominem stravit. Eo etenim telo salutem nostram immortalitatem impedit, quo vitam sua beatitudinis extinxit. Sed idcirco hanc Dominus fini sua locutionis inferuit, ut cum post mala omnia Leviathan istius superbiam diceret, quid esset malis omnibus deterius indicaret. Quamvis etiam per hoc quod in imo ponitur, viatorum radix esse monstraretur. Sicut enim inferioris radix tegitur, sed ab illa rami extrinsecus expanduntur: ita se superbìa intrinsecus celat, sed ab illa protinus aperta vita pullulant. Nulla quippe mala ad publicum prodirent, nisi haec mente in occulto constringeret. Hac est quae Leviathan istius sensum servelere sicut ollam facit. Unde & humanas mentes in quodam fervore insanias concutit, sed per aperta opera qualiter con-

cussi animam evertat, ostendit. Intus namque prius ebullit in elatione, quod foris postmodum spumat in opere. Sed quia occasio de superbia disputatio ne se prabuit, debemus hanc subtilius sollicitius que discutere, atque ad humanas mentes quanta vel qualis veniat, & quibus qualiter subripiat, demonstrare. Alia quippe vita eas solummodo virtutes impetrant, quibus ipsa destruuntur: ut videlicet ira patientiam, gastrimargia abstinentiam, libido continentiam expugnet. Superbia autem, quam vitorum radicem diximus, nequaquam unius virtutis extirpatione contenta, contra cuncta anima membra se erigit, & quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne corrumpt: ut quidquid illa invadente agitur, etiam si esse virtus ostenditur, non per hoc Deo, sed sola yana gloria serviat. Quasi enim tyrannus quidam obss. sicut civitatem intercipit, cum mentem superbia irrumpt; & quod diu rem quemque cepit, eò in dominio durior exsurgit: quia quò amplius res virtutis sine humilitate agitur, eò latius ista dominatur. Quisquis verò ejus inse tyrannidem captiva mente suscepit, hoc primum damnum patitur, quòd clavio cordis oculo, judicij æquitatem perdit. Nam cuncta quæ ab aliis bene geruntur, despiciunt: & sola ei cui ipse vel pravè egerit, placent. Semper aliena opera despicit, semper miratur quæ ipsa facit: quia & quidquid egerit, egisse singulariter credit, atque in eo quod exhibet per gloria cupiditatem, fibimeterpi faver per cogitationem: & cùm se in cunctis transcedere ceteros estimat, per lata cogitationum spatiis secum deambulans, laudes suas tacitus clamat. Nonnumquam verò ad tantam elationem mens ducitur, ut in eo quod timet, etiam per ostentationem locutionis effrenetur. Sed tanto facilius ruina sequitur, quanto apud se quisque impudentius exaltatur. Hinc enim scriptum est: *Ante ruinam exaltatur cor.* Hinc per Daniëlem dicitur: *In aula Babylonis deambulabat Rex, responditque & ait: Nonne hec est Babylon magna, quam ego adscendi in dominum regni, in robore fortitudinis meæ, in gloria decoris mei?* Sed hunc tumorem quam concita reprehescit, illico adjunxit, dicens: *Cum adhuc sermo esset in ore Regis, vox de calo ruit. Tibi dicitur, Nabuchodonosor rex: Regnum translat a te, & ab hominibus te ejicient, & cum bestiis ferisque erit habitat tua; fenum quæ bos comedet, & sèpem temporam mutabuntur super te.* Ecce quia tumor mentis usque ad aperta verba se protulit, patientia judicis protinus usque ad sententiam erupit; tantoque hunc distractius perculit, quanto ejus se superbia immoderatus exxit: & quia enumerando bona dixit in quibus sibi placuit, enumerata mala, in quibus ferierunt, audivit. Scendum verò est, quòd ipsa hac de qua tractamus, elatio alios ex rebus secularibus, alios verò ex spiritualibus possider. Alter namque intumescit auro, alter eloquo, alter infinitis & terrenis rebus, alter summis cælestibusque virtutibus: una tamen eademque res ante oculos Dei agitur, quantius ad humana corda veniens, in eorum obtutibus diverso amictu pallietur. Nam cùm is qui de terrena prius gloria superbiebat, postmodum de sanctitate extollitur, nequaquam cor eius elatio deseruit, sed ad eum consueta veniens, ut cognoscinequeat, vestem mutavit. Scendum quoque est, quòd aliter hæc præpositos, atque aliter subditos tentat. Prælato namque in cogitationibus suggesta quia sola vita merito super ceteros excrevit; & si quia ab eo bene aliquando gesta sunt, hæc importunè ejus animo objicit; & cùm hunc Deo singulariter placuisse insinuat, quòd facilius suggesta persuadeat, ipsam ad testimonium potestatis traditæ retributio nem vocat, dicens quia nisi omnipotens Deus te his hominibus meliorem cerneret, omnes hos sub tuo regimine non dedisset: ejusque mox men-

A tem erigit, viles atque inutile eos qui subjecti sunt, ostendit: ita ut nullum jam quasi dignum respiciat, cui æquanimiter loquatur. Unde & mox mentis tranquillitas in iram verritur: quia dum cunctos despiciit, dum sensum vitianque omnium sine moderamine reprehendit, tanto effrenatus se in iracundiam dilatat, quanto eos qui sibi commissi sunt, esse fibemet indignos putat. At contrà cùm subiectorum cor superbia instigat, hoc summopere nititur agere, ut sua acta considerare funditus negligant, & semper tacitis cogitationibus rectoris sui judices fiant: qui dum in illo quod reprehendere debeant, importunè respiciunt, in semetipis quod corriganum vident. Unde & tanto atrocius percunt, quanto à se oculos avertunt: quia in hujus vita itinere offendentes corrunt, dum alibi intendunt. Et quidem peccatores se afferunt, nec tamen tantum, ut tam noxiæ in regimine personæ traderentur. Et dum ejus facta despiciunt, dum præcepta contemnunt, ad tantam usque insaniam devolvuntur, ut Deum res humanas curare non aestimant: quia ei qui quasi iure reprehenditur, esse se commissos dolent. Sicque dum contra rectorem superbiant, etiam contra iudicia conditoris intumescunt: & dum pastoris sui vitam dijudicant, ipsam quoque sapientiam omnia disponentis impugnant. Sæpe autem rectoris sui dictis proterva obviant, & eamdem vocis superbiam libertatem vocant. Sic quippe elatio se quasi pro libertatis rectitudine objicit, acut sæpe se & timor pro humiliitate supponit. Nam sicut plerique retinent ex timore, & tamen tacere se estimant ex humilitate; ita nonnulli loquuntur per impatientiam elationis, & tamen loqui se credunt per libertatem rectitudinis. Aliquando autem subditi proterva quæ sentiunt, nequaquam produnt; & hi quorum loquacitas vix compescitur, nonnumquam ex sola amaritudine intimi rancoris obniuiscunt. Qui per dolorum mentis, procacitatis sua verba subtrahentes, cùm male loqui solcant, peius tacent: quia cum peccantes aliquid de correctione audiunt, indignantes etiam responsione verba suspendunt. Cum his quando alperè agitur, sæpe ad querelæ vocem de hac ipsa alperitate profluent. Cùm vero eos magistri lui blandè præveniunt, de hac ipsa humilitate quæ præventi sunt, gravius indignantur; & tanto corum mens vastius acceditur, quanto consideratus infirma judicatur. Hi nimis quæ humilitatem, quæ virtutum mater est, nesciunt, usum laboris sui perdunt, etiam si quæ bona sunt, quæ operari videantur: quia surgentis fabricæ robusta celitudo non figitur, quæ nequaquam per fundamenta fortitudinem in petra solidatur. Soli ergo ruine crescit quod ædificant; quia ante molem fabricæ, humilitas fundamina non procurant. Quos bene ab intimis prodimus, si paucis in exterioribus ostendamus. Cunctis namque superbæ apud se cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in actione, honestas in imagine, erectio in incelsu, rancor in response. Horum mens semper est ad irrogandas contumelias valida, ad tolerandas infirma: ad obediendum pigra, ad lacessendos verò alios importuna: ad ea quæ facere & debet & prævalet, ignava; ad ea autem quæ facere nec debet, nec prævalet, parata. Hæc in eo quod sponte non appetit, nulla exhortatione flebitur, ad hoc autem quod latenter desiderat, querit ut cogatur: quia dum metuit ex desiderio suo vilesce re, optat vim in ipsa sua voluntate tolerare. Igitur quia humanos animos aliter tentari ex rebus carnalibus, atque aliter ex spiritualibus diximus, audiunt illi: *Omnis caro fœnum, & gloria ejus secundus fons feni.* Audiant & isti, quod quibusdam post

miracula dicitur: *Nescio vos unde suis, discedite à A*  
Exod. 13. f  
Psal. 61.  
Matt. 25. a  
*iae omnes operarii iniquitatis. Audiant illi: Divitiae  
si affluant, nolite cor apponere. Audiant isti, quia  
fatuæ virgines, quæ cum vacuis vasculis veniunt,  
ab internis nuptiis excluduntur. Rursum, quia ali-  
ter tentari prælatos, atque alter subditos præfa-  
tum, audiant illi quod per quendam sapientem  
Ecccl. 32. dicitur: *Ducem re constituerum? noli extolliri, sed  
eſto in illis quasi unus ex eis.* Audiant isti: *Obedi-  
te præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim per-  
vigilant quasi rationem reddituri pro animabus ve-  
ſtris.* Audiant illi cùm de accepta potestate glo-  
Lac. 15. f  
Exod. 16.  
b  
Psal. 67.  
a  
*riantur, hoc quod Abrahæ voce ardenti diviti di-  
citur: *Memento fili, quia receperisti bona in vita tua.**  
Exod. 16.  
b  
Psal. 67.  
a  
*Audiant isti cùm contra rectores suos in querelas  
profluent, hoc quod mutmurant populo Moyſi  
& Aaron vocibus responderet: *Nec contra nos eſt  
mutnus vestrum, sed contra Dominum. Nos enim  
quid sumus?* Audiant illi: *Turbabuntur in conspe-  
ctu ejus patres orphanorum, & judices viuārum.*  
Excl. 10.  
b  
Matt. 11.  
d  
22.  
*Audiant isti, quid contra contumaciam subditorum  
dicunt: *Qui refutat potestati, Dei ordinationi  
refutat.* Audiant simul omnes: *Deus superbiis refutat,  
humilibus autem dat gratiam.* Audiant omnes:  
*Immundus eſt apud Deum omnis qui exaltat cor suum.*  
Excl. 10.  
a  
Matt. 11.  
d  
22.  
*Audiant omnes: *Quid superbis terra & cinis? Contra  
hujus languoris peſtem audiamus cuncti, quod  
magifra Veritas docet, dicens: Disce a me, quia  
mitis sum & humilis corde.* Ad hoc namque uni-  
genitus Dei filius formam infirmatis nostras sus-  
cepit, ad hoc invisibilis, non solum visibilis, sed  
etiam despiciens apparuit, ad hoc contumeliarum  
ludibriæ, irrisiōnum opprobria, passionumque tor-  
menta toleravit, ut superbū non effe hominem  
doceret humiliū Deus. Quanta ergo humiliatis  
virtus est, propter quam solam veraciter edocen-  
dam is qui sine estimatione magnus est, usque ad  
passionem factus est parvus? Quia enim originem  
perditioni nostra superbia præbuit diabolū, instru-  
mentum redēptionis nostræ inventa est humili-  
tas Dei. Hostis quippe noster magnus inter omnia  
conditus, videri super omnia voluit elatus. Redē-  
mptor autem noster magnus manens super omnia,  
hieri inter omnia dignatus est parvus. Sed melius  
& elationis causam detegimus, & fundamenta  
humilitatis aperimus, si brevi commemoratione  
perstringimus quid mortis auctor, quid vita con-  
ditor dicat. Ille namque ait: *In celum ascendam:*  
Eſai. 14.  
d  
Pſal. 87.  
a  
*Iste autem per Prophetam dicit: Repleta eſt malis  
anima mea, & vita mea inferno appropinquavit.*  
Eſai. 14.  
d  
Zach. 2.  
c  
*Ille dicit: Supra astra cali exaltabo foliū meū:*  
Eſai. 14.  
d  
Pſal. 21.  
a  
*Iste humano generi a paradisi sedibus expulso di-  
cit: Ecce venio cito, & habitabo in mediis tuis.* Ille  
dicit: *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aqui-  
lonis:* Ille dicit: *Ego sum vermis, & non homo, op-  
probrium hominum, & abjectio plebis.* Ille dicit:  
Eſai. 14.  
d  
Pſal. 21.  
a  
*Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Al-  
tissimo:* Ille cùm in forma Dei esset, non rapinam ar-  
bitratus eſt esse se aqualem Deo, sed semetipſum ex-  
inanivit, formam servi accipiens; & per membra  
Pſal. 34.  
b  
*sua loquitur, dicens: Domine quis similis tibi?*  
*Ille per membra sua loquitur, dicens: Nescio*****

*metipſum dicit: Si dixeris quia non novi cum e-  
ro similiis vobis mendax: sed novi eum, & ser-  
monem ejus servo. Ille dicit: Mea sunt flumina, Exod. 3. a  
Eze. 29. b  
& ego feci ea: Iste dicit: Non possum a meipſo fa-  
cere quidquam, & rursum: Pater meus in me ma-  
tren. 3. e  
nens, ipſe facit opera. Ille regna omnia offendens,  
dicit: Tibi dabo potestatem hanc universam & glo-  
riam illorum; quia mihi tradita sunt, & cui volo do  
illa: Iste dicit: Calicem quidem meum bibetis, fede-  
re autem ad dexteram, vel ad sinistram meam, non 20.  
est meum dare vobis, sed quibus paratum eſt à Pare  
meo. Ille dicit: Eritis sicut dii, scientes bonum & Gen. 3. b  
malum: Iste dicit: Non eſt vestrum nosse tempora  
vel momenta, qua Pater posuit in sua potestate.  
Ille ut voluntas divina despici, & ut possit pro-  
pria suaderi, dicit: Cur præcepit vobis Deus u non Gen. 3.  
comederetis ex omni ligno paradisi? Et paulo post:  
Scit enim Deus, quid in quacunq[ue] die comederis ibid.  
ex eo, aperientur oculi vestri: Iste dicit: Non qua-  
ro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit  
me. Ille per membra sua loquitur: dicens: Nullum sap. 1. b  
pratum sit, quod non pertranscat luxuria nostra, ca-  
ronemus nos roſis antequam marcescant, ubique re-  
linquamus signa letitiae nostræ: Ille membris suis  
prænunciat, dicens: Plorabitis & flebitis vos, mun. 16.  
dus autem gaudebitis. Ille nihil aliud mentes sibi fab-  
ditas docet, quām celsitudinis culmen appetere,  
cuncta æqualia mentis tumore transcendere, so-  
ciatatem omnium hominum alta elatione transire,  
ac se & contra potentiam conditoris erigere, si-  
cū de eisdem per Psalmistam dicitur: Transferunt ps. 72. a  
C in dispositionem cordis, cogitaverunt & locuti sunt  
nequitias, iniquitatem in excelsis locuti sunt: Iste  
ad spuma, ad palmas, ad colaphos, ad spineam cor-  
ronam, ad crucem, ad lanceam, atque ad mortem  
veniens, membra sua admonet, dicens: Si quis ian. 12.  
mihi ministrat, me sequatur. Quia igitur Redem-  
ptor noster corda regit humilium, & Leviathan  
iste rex dicit superborum, aperte cognoscimus,  
quid evidenter reproborum signum superbia  
est, at contrā humiliatis electorum. Cū ergo quam  
quisque habeat, cognoscitur: sub quo rege militet  
inventur. Unusquisque enim quasi quandam titu-  
lum portat operis, quo faciliter ostendat sub cuius ser-  
viciate potestate rectoris. Unde & per Evangelium  
dicitur: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ne igi-  
tur nos Leviathan istius membra vel mira facien-  
do fallerent, apertum signum Dominus quo de-  
prehendi valeant, demonstravit, dicens: [Ipſe eſt  
rex super universos filios superbia.] Qui & si quando  
fiat tam speciem humiliatis assumunt, semetipſis  
tamen celare in omnibus nequaquam possunt:  
quia eorum superbia diu latere non sustinens, cū  
ex alia legitur, ex alia actione denatur. Qui  
verò sub rege humiliatis militant, semper pavi-  
di, atque ex omni latere circumspici, adversum  
jacula elationis pugnant, & quasi contra venientes  
iēctus solum magis in suo corpore oculum cu-  
stodiunt, dum in semetipſis principaliter humili-  
tatem tuerintur.*

